



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De eadem re. xiiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Vt nullus grauiter ferat cuius parochianus ab alio episcopo pro certa culpa excommunicatus fuerit. Caput XII.

Placuit etiam pro communi vtilitate, & instanti necessitate, vt nullus episcoporum grauiter ferat, si eius parochianum, pro deprædationis causa, alter episcopus excommunicauerit. *Ex conc. apud Cõrochianum, pro deprædationis causa, alter episcopus excommunicauerit. cap. 5.*

De illis qui in parochia consistentes aliquid contra Deum fecerint, quoties ab episcopo ad emendationem vocari debeant. Caput XIII.

Episcopus in cuius parochia aliquis consistens, aliquid iniuste fecerit, semel & bis, atque tertio, si necesse fuerit, vocabit illum sua admonitione per suum nuncium canonicè ad emendationem siue compositionem, & ad pœnitentiam, vt Deo & Ecclesiæ satisfaciatur quam læsit. Si autem despexerit atque contempserit eius admonitionem, & saluberrimam inuitationem, feriat illum pastorali virga, hoc est, sententia excommunicationis, vt à communione sanctæ Ecclesiæ omniumque Christianorum sit separatus, vsque ad congruam satisfactionem & dignam emendationem. Quam excommunicationem debet idem episcopus seniori illius notam facere, & omnibus suis coepiscopis, & omnibus suis parochianis ne eum recipiant vsque ad dignam satisfactionem. *Ex cõcil. Meldesi, cap. 3.*

De eadem re. Cap. XIII.

Episcopus qui eos quolibet munere vel fauore aut negligentia monere aut excommunicare distulerit, qui contra Deum & Ecclesiæ pacem faciunt, vt aut reuertentes suscipiat, aut contententes de Ecclesia eiiciat, excommunicatus habeatur à collegio ceterorum, quousque vel emendationis, vel dånationis eorū ab eo sententia promulgetur. *Ex eodẽ, cap. 6.*

Quod aliud sit peccare in Deũ, aliud in hominẽ. Cap. XV.

At tendendum est quod dominus dicit: Si peccauerit in te frater tuus. Aliud est peccare in nos, aliud peccare in Deum. Si in nos aliquis peccauerit, non est nostri arbitrij. Scriptum quippe est: Si peccauerit vir in virum, placari potest ei Deus. Si autem in Deum peccauerit, quis orabit pro eo? Nos è contrario in Dei iniuria benigni & misericordes sumus, & Dei offensam, quasi in nostra pote-

Ex dictis Aug. vlti.